ficile creditu quantam<sup>11</sup> illud, etiam non omnino malis, peccandi fenestram aperiat, præsertim *hïc in tanta fame ac siti verbi Dei*. Breviter, hïc quoquo veritas oculos, miseranda rerum facies. *Adversarii* nullum persequendi bonos finem faciunt : qui probi haberi volunt, non id ostendunt quod dicuntur : sectarum plena sunt omnia. Nec video posthac in his locis quis locus piis futurus sit, nisi brevi Deus sua ineffabili clementia populum afflictum respexerit. Quid enim agas ubi conscientie tumultus perpetuo obstrepat? Cicero tum<sup>12</sup> Reip. Romanæ statum, ut miserrimum deplorabat, cum civibus de Rep. liberè loqui non liceret : *nos hoc tempore quibus lachrimis par est de flere ecclesie statum : de quo si satis esset piè sentire*<sup>13</sup>, ut nonnulli, etiam inter eos qui Christianos se jactitant, impiè affirmant, *præclarè nobiscum agi putaremus. Sed cum hïc Christi gloria agatur, animarum salus periclitetur, quis non videt oris confessione opus esse*<sup>14</sup>? Sed hanc rident *μωρόσοφοι*, qui de singulis censuram sibi sumunt<sup>15</sup>. Plato ad Dionysium<sup>16</sup> scribens, dicebat cavendum esse, ne in vulgus emanarent quæ ipse de prima materia sentiret. Sic enim dicebat : *εὐλαβοῦ μέντοι μήποτε ἐκπεσῆ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους*

<sup>11</sup> Édition de Brunswick : *quantum* illud.

<sup>12</sup> Ibidem : Cicero *tamen*. L'abréviation permet de lire *tamen*, mais le contexte semble exiger *tum*.

<sup>13-14</sup> Le *Petit Traicté* de Calvin de 1543 et son *Excuse à Messieurs les Nicodémistes* affirment énergiquement que la foi intérieure n'est agréable à Dieu que si le fidèle a le courage de la confesser de bouche. Les Évangéliques de Paris et de la Flandre trouvaient excessive cette déclaration de Calvin. Ce fut, pour eux, en 1543 et 1544 une question angoissante (Cf. les pp. 126, 127, 178, 179, et la lettre d'*Antoine Fumée*, à la fin de décembre 1544). Les gens ayant famille et peu de ressources se plaignaient d'être réduits à cette alternative : s'exiler ou mourir. La réponse du Réformateur peut se résumer dans ces paroles :

« Jésus-Christ a prononcé une fois, que quiconque tiendra son âme précieuse en ce monde, il la perdra. Quand donc ceux-cy mettent en avant pour excuse, qu'il se faudroit hazarder à la mort, s'ilz faisoient ce que je leur monstre par l'Escripture, ne veulent-ilz pas contraindre Jésus-Christ à rétracter sa sentence? » (Excuse aux Nicodémistes. Cal. Opp. VI, 603. 604.)

<sup>15</sup> Ce mot est écrit de telle sorte qu'on peut, à volonté, lire *sumunt* ou *sumunt*.

<sup>16</sup> *Sic!* au lieu de *Dionysium*. Les passages grecs qui suivent sont empruntés à la seconde des Épîtres de Platon, qui est adressée à Denys-le-Tyran.

σχεθὸν γάρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς ἄλλους καταγελαστότερα ἀκούσματα, οὐδ' αὖ πρὸς τοὺς εὐφυεῖς θαυμαστότερα καὶ ἐνθουσιαστικώτερα. Nos verò contrà, cum Christo dicere possumus, imperitam multitudinem huic doctrinæ plausum dare, eandem ab iis explodi quorum partes erant eam quàm latissimè spargere.

Hæc quanquam tibi nota esse scio, tamen quia hujus rei tot exempla nobis suppeditat hic locus, in quo vel illud in primis τὸ *Ἑερολογεῖν* omnium aures personat, — *non possum de iis tacere, quæ non sine magno animi dolore oculis spectamus. Quem enim nisi prorsùs ἀνάληγον, non moveat tanta calamitas? Quo animo hæc cernant alii, quibus est in proclivi solum vertere, nescio : ego certè hic tanto mœrore tabesco, ut sæpe, dissuadente inopia*<sup>17</sup>, *rebusque parùm compositis, de migrando ad vos cogitarim* : nec video quo pacto hic cum tanto conscientiae periculo, diutiùs possim versari. Optavi antea non semel per literas tuum in hac re consilium exquirere : quod quando hactenus tutò non potui, *paucis mei consilii rationem accipe.*

Cum *parentes* semper initio mihi autores fuissent, ut vel ad jurisprudentiam, vel ad medicinam, animum adjicerem, nolente me, cœperunt aliquot ab hinc annis<sup>18</sup> acriùs instare : sed eò nulla ratione potui impelli, quòd mihi semper arrisisset Linguarum studium, cui me totum penitùs consecravi, ratus has non parvo mihi fore adjumento ad sacrarum literarum intelligentiam<sup>19</sup>. Id

<sup>17</sup> Au premier abord, il semble douteux que *la pauvreté* fût le partage de *Juan Diaz*, qui étudia longtemps à Paris et y laissa une belle bibliothèque. Mais nous ferons observer qu'il était dans une position dépendante, protégé et pensionné par le cardinal *Jean du Bellai*, dont il devint le correspondant en Allemagne (1545) lorsqu'il eut quitté Genève et la Suisse. Sleidan écrivait de Strasbourg au susdit cardinal, le 27 avril 1546 : « Hispanus ille *Diazius*, tuus *alumnus*, 27 die Martii, jussu fratris sui germani, est interfectus supra Ratisbonam, eo quòd nollet ad pontificatum redire. » (Cf. Edw. Bœhmer, o. e., I, p. 149, 189, 200. — Cal. Opp. XII, 625.)

<sup>18</sup> Par ces longues études, l'histoire de l'écrivain ressemble à celle de *Juan Diaz* (n. 19).

<sup>19</sup> « A *Paris*, il (*Diaz*) demeura l'espace de treize ans ou plus, et profita de telle sorte ès sciences, qu'il fut fort estimé entre tous les Espagnols qui estoient pour lors à Paris en assez bon nombre... Il appliqua aussi diligemment son esprit aux Lettres saintes. Et, sachant bien que *la langue Hébraïque* estoit fort nécessaire pour l'intelligence des dites Lettres, il y

feceram doctorum virorum consilium sequutus, qui norant me omnem studiorum meorum cursum, omnesque ingenii mei conatus ad Christi gloriam referre. Neque enim tum spes mediocris habebat animum meum, futurum aliquando, ut palàm hïc prædicaretur Christus. Sed re in dies vergente in deterius, cum nulla spes ampliùs affulgeat, ego ab his malis velut naufragio ejectus, portum aliquem aspicio, in quem me recipiam. *Summam igitur felicitatis meæ partem judicarem, si apud vos huic miserrimo homuncioni locus esset*<sup>20</sup>. Quod quidem si tuo beneficio me consequi posse sperarem, te per musas omnes, vel potiùs per Christum obtestarer, ut per te mihi fœlix esse liceret. Venissem jam ad vos, sed nolo gravare ecclesias quibus honori, non oneri, esse cupiam. Tu si quid vides me posse prodesse Christianæ reipublicæ, non gravaberis mihi per literas significare. *Interim pergam hïc Vatabli lectionem audire, qui magna diligentia, majori fructu, frequentissimo auditorio, Psalterium hebraicè interpretatur*<sup>21</sup>.

employa une si grande estude, qu'il surmontoit en icelle tous ceux de sa nation » (Crespin, éd. de Toulouse, I, 468).

<sup>20</sup> Crespin (l. c.) dit encore que *Diaz* « ayant bien gousté ceste sainte doctrine [évangélique], il mit en son esprit qu'il ne falloit point cacher la conoissance qu'il en avoit; ains comme fidèle dispensateur, la devoit manifester devant les yeux de tout le monde. Et, sans faire long discours, il abandonna *Paris*, et se retira en la ville de *Genève* avec *Matthieu Budé* et *Jean Crespin*, pour voir l'estat de l'Église d'icelle, et le bel ordre qui y est. » Leur arrivée dans cette ville eut lieu, selon Jules Bonnet et Edward Bœhmer, au commencement de l'année 1545. Voyez, sur *Juan Diaz* (né à Cuença en 1510), Sleidan, II, 435-41. — Seckendorf, o. c. III, 652-58. — J. Bonnet. Récits du XVI<sup>me</sup> siècle, 2<sup>e</sup> éd. 1875, p. 177-239. — Bœhmer, o. c. I, 187-216. — Merle d'Aubigné. Hist. de la Réf. au temps de Calvin, VIII, 126-40. — Moïse Droin. Hist. de la Réf. en Espagne, II, 102-120.

Les ressemblances que nous avons signalées entre *Diaz* et l'auteur de cette lettre, ne suffisent pas à identifier ces deux personnages. L'écriture de l'un diffère de celle de l'autre, et le style élégant de l'écrivain anonyme ne se retrouve pas dans les lettres de *Joannes Diazius*.

<sup>21</sup> *François Vatable*, professeur d'hébreu au Collège de France, mourut le 16 mars 1547. On ignore dans quelles années il prit certaines parties du Psautier pour objet de ses leçons. Toutefois on peut affirmer qu'avant 1545 il avait déjà interprété tous les livres hébreux de l'Ancien Testament. Le fait est attesté par *Robert Estienne*, dans la préface de sa Bible latine de 1545. Après avoir parlé de la nouvelle traduction qu'il a placée à côté de la Vulgate, il s'exprime en ces termes :

« Hanc igitur novam translationem... cum vellemus... cum aliorum

Plura scripsissem, quæ ex *nostro Claudio*<sup>22</sup> poteris cognoscere. Vale, vir eruditissime idemque humanissime. Lutetiæ quarto Augusti<sup>23</sup>.

(*Suscription* :) A Mons<sup>r</sup> maistre Charles d'Éteville. A Lyon<sup>24</sup>.

versionibus, maximè autem *Sanctis Pagnini*, conferre, ecce commodum amici de prælectionibus *Francisci Vatabli*, doctissimi Hebraicarum literarum professoris Regii, nos admonent : neminem majori vel eruditione, vel fide, magisque perspicua expositione *sacros Veteris testamenti libros omnes* quos Hebræi receperunt, interpretatum esse : multos esse ejus diligentissimos auditores, qui percepta ab eo, magna fide exceperunt. Horum igitur consilium secuti, diligentissimum quæque ex illius auditoribus rogavimus ut suos nobis libros commodarent : quod illi alacres libentique animo... fecerunt. » — Rob. Estienne a même pris soin d'imprimer et de placer à la fin du Nouveau Testament (Bible précitée) les *diffusiores annotationes* relatives aux Psaumes I-LXXII, et qu'il n'avait pu d'abord se procurer.

<sup>22</sup> La famille de Senareleus jouissant d'une grande aisance, il est peu probable que *Claude* ait déjà quitté les cours de l'université en août 1543 (Cf. n. 1). Et, comme nous avons constaté qu'il fut, plus tard, conseiller d'État à *Neuchâtel*, nous croyons pouvoir en conclure qu'il avait complété à *Paris* ses études de jurisprudence, — ce qui n'exigeait pas moins d'une année. En tout cas, il se trouvait en Suisse à la fin de 1544, puisque bientôt après, dans le courant de janvier 1545, *Calvin* le chargeait d'une importante mission en Allemagne. A la fin d'avril, il était de retour à Genève, et, trois mois plus tard, il recevait à *Bursins*, près de Rolle, la visite de son ami *Juan Diaz*. Celui-ci écrivit alors à Calvin : « Te salutat *Claudius noster* et *mater* cum tota familia... Bursini 7. Augusti » (1545).

La plupart des détails qu'on possède sur la vie et la fin tragique de *Juan Diaz* sont donnés par *Claude de Senarclens*, dans un livre auquel *Francisco Enzinas* doit avoir eu une grande part. Ce rarissime opuscule est intitulé : « Historia | vera de morte san- | cti viri Joannis Diazij Hispani, | quem eius frater germanus Al- | phonsus Diazius, exemplum se- | cutus primi parricidæ Cain, | velut alterum Abelem, nefariè in- | terfecit : per Claudium | Senarclæum. | Cum præfatione D. Martini Buceri, in qua de | præsentis statu Germaniæ multa conti- | nentur lectu inprimis digna. | M. D. XLVI. » | In-8°. (Behmer, o. c. I, 171.)

<sup>23</sup> Ces trois derniers mots sont d'une autre main. Voyez, pour la détermination de l'année, les notes 1, 4, 10, 13-14, 20-22.

<sup>24</sup> Le manuscrit porte les incisions ordinaires et des traces du sceau.

## 1385

PIERRE VIRET à Jean Calvin, à Genève.

De Lausanne, 9 août 1544.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 111<sup>a</sup>. Cal. Opp. XI, 741.

S. Nihil ad te scribere decreveram, sperans fore ut aliquando occasionem captares hucusque et *Neocomum* expatiandi<sup>1</sup>. Nam nisi te negociis eximas, vix unquam respirare licebit. Cum ergo nondum hanc mihi spem præcideris, differo multa donec coràm colloqui liceat. *Intellexisti, opinor, de Sebastiano, quem audio Basileam se ad Oporinum recipere*<sup>2</sup>. Miror autem quòd nec iens nec rediens nunquam *hac* iter fecerit<sup>3</sup>. Multa conquestus est etiam apud *Zebedæum* suo more. *Zebedæus* hîc est, cui parùm bene cum suis *Orbanis* convenit. Cum *Berna* rediens *Orba* iter facerem<sup>4</sup>, nonnihil ægrè tulit quòd veteres querelas audire no-

<sup>1</sup> Au mois de juin, *Farel* avait très vivement souhaité la visite de Calvin et de Viret (p. 286, renv. de n. 11-12). Celui-ci fut seul en mesure de le visiter deux ou trois semaines plus tard.

<sup>2-3</sup> *Sébastien Châteillon* s'était rendu seul à *Bâle*. Il revint à *Genève* pour chercher sa famille, et, selon M. F. Buisson (o. c. I, 237), il y resta plusieurs semaines, plusieurs mois peut-être. Mais avant l'hiver il dut s'établir à *Bâle*, où *Jean Oporin* l'accueillit comme un ami et l'employa en qualité de correcteur dans son imprimerie. Et, pour le recommander au public, il fit réimprimer par Robert Winter les *Dialogi sacri* de Châteillon, avec une chaleureuse lettre-préface, adressée aux frères Rellinger d'Angsbourg, et dans laquelle il dit : « *Sebastianus Castalio*, vir singulari eruditione ac pietate præditus, amicusque noster minimè quidem vulgaris... hosce quatuor Dialogorum sive Familiarium Colloquiorum libros, de sacris tam Veteris quàm Novi testamenti libris excerptis, nobisque in lucem evulgandos tradidit. Qua in re statim ei ut obsequer, facillè me adducèi passus sum... Basileæ, prid. Cal. Martii. 1545. » Petit in-8° de 210 pp. et 13 pp. non-chiffrées. (Cf. le titre complet dans le « Répertoire des ouvrages pédagogiques du XVI<sup>e</sup> siècle. Paris, Imprimerie Nationale, 1886, » p. 127.)

<sup>4</sup> Parti de *Berne* le 5 juillet, Viret avait fait un détour, en passant par la ville d'Orbe, ce qui retarda jusqu'au 10 la composition de sa lettre à MM. de Genève (N° 1378).

luerim. Dabo tamen operam ut quoad ejus fieri poterit in officio contineatur. *Minister Liniriolius* (*Manilerus*, ni fallor, vocatur<sup>5</sup>) qui cum *Priliaco*<sup>6</sup> locum commutare cupit<sup>7</sup>, ad me rediit, ac valdè institit, ut in hac ei causa faverem, et multis conatus est meam sententiam mihi extorquere, ut quid animi haberem exploraret. *Remisi ad Classes*, quamvis spem adimere penitè noluèrim, ne viderer Classibus et fratribus omnibus præjudicare, ac meo omnia arbitrio moderari. *Negavi* tamen nos scripturos hac de re, *honesto prætextu*, quòd scilicet ego et tu videremur Classibus præire, et confirmare opinionem quam multi de nobis conceperunt, aut, ut veriùs dicam, calumnias, quòd velut pontifices velimus omnia peragere ex animi nostri sententia, et in reliquos fratres imperium assumere<sup>8</sup>. Nullam esse viam commodiorem quàm ut fratribus omnibus negocium proponeretur. Tunc Dominus suggeret quod visum fuerit<sup>9</sup>. Horum te volui admo-

<sup>5</sup> Le Registre de Genève, au 26 février 1536, mentionne un prêtre nommé *Guillaume Manillier* (Chronique de Froment, éd. Revilliod. Extraits des Reg. p. CLXXXVII). Le ministre de *Lignerolles*, vers 1543, avait pour prénom *Nicolas* (VIII, 234, 235). Nous nous sommes trompé, en disant (l. c.) que c'était *Nicolas d'Ausserre* et qu'il fut, vers ce temps-là, transféré à *Vullierens*. Son ministère dans cette paroisse est un fait certain, mais de quelques années postérieure à 1544.

<sup>6-7</sup> Viret n'ayant pas l'habitude de mettre les points sur les *i*, on peut lire *Puliaco* ou *Priliaco*, *Pully* ou *Prilly*, deux villages situés près de Lausanne, l'un au S.-E., l'autre au N.-O. de cette ville. Mais comme la phrase n'exige pas ici un nom de lieu, mais un nom d'homme, et que, d'autre part, le ministre qui voulait faire échange de paroisse avec *Manillier*, était *Jean Bonivoie* « aliàs de *Brilly* » (VII, 36, 37), — nous croyons que Viret a désigné celui-ci sous le nom de *de Prilly*. Que ce nom fût ainsi prononcé par des Bernois, il n'y avait là rien d'étonnant; mais il est singulier que Viret ne connût pas mieux le nom d'un pasteur qui vivait depuis six ou sept ans à *Vullierens*, à trois lieues et demie de Lausanne.

<sup>8</sup> Les adversaires de Calvin, de Farel et de Viret les avaient surnommés « *les trois patriarches*. »

<sup>9</sup> Nous ignorons la décision qui fut prise par la Classe d'Yverdon au sujet de *Manillier*, et par celle de Morges, relativement à *Jean Bonivoie*. Mais voici, dans le protocole de Berne du 25 septembre 1544, un article qui semble concerner ces ministres : « Mes Seigneurs ont permis l'échange aux deux prédicants *de Prilli* et (un blanc). Mais à l'avenir ils ne permettront aucun échange. » (Trad. de Pall.) Chose singulière : ce n'est pas à *Lignerolles* que nous retrouverons *de Brilly*, mais à *Lonay*, où il était encore en 1549.

nitum, ut si ad te concederet aut scripto tecum ageret, responderes ita ut tua oratio à mea non discreparet. Nolui ei aperire quod sentiebam, quia non videbatur expedire. Senator non debet ante consultationem privatam ferre sententiam. Saluta amicos. Nostri te omnés salutant. De rebus nostris nuncius plura referet. *Migro in ædes de quibus hactenus tandiu certatum est*<sup>10</sup>. Vale. Lausannæ. 9. Augusti. 1544.

Tuus P. VIRETUS.

*Toussain* à me petit ut respondeam num mulier possit necessitate urgente verbum ministrare, nunciare remissionem peccatorum et absolvere, ut scilicet inferat, quòd si hoc quòd majus est licet, cur quòd minus, scilicet tingere, non licebit<sup>11</sup>? Velim, si posses, tuam super hac re sententiam audire. Nam hoc à me ejus nomine rogat *Favellus*<sup>12</sup>. Nihildum respondi, quia non fuit in manu tabellarius. Priusquam respondeam, optarim si fieri posset, tuas audire rationes.

(*Inscriptio* :) Joanni Calvino, Genevensis ecclesiæ pastori vigilantiss. fratri quàm charissimo. Genève.

## 1386

HENRI BULLINGER à Jean Calvin, à Genève.

De Zurich, 23 (août) 1544.

Autogr. Arch. de Zurich. Cal. Opp. XI, 743.

Gratiam et vitæ innocentiam a Domino! Sæpiùs te, Calvine doctissime idemque mihi charissime et colendissime frater, re admodum vili obturbo. Verùm quia nihil à te responsionis acci-

<sup>10</sup> Manuel de Berne du samedi 5 avril 1544 : « [Écrire] à ceux de *Lozanne*, qu'ils donnent à *Viret* la maison de Ste.-Madeleine. » (Trad. de l'all.) C'est la maison du chanoine Benoit de Pontareuse, située dans la rue de la Madeleine, et qui fut occupée par *Pierre Caroli*, *Viret* et tous ses successeurs dans la charge de premier-pasteur de la ville (Cf. VIII, 167, 168, 504).

<sup>11</sup> De cette demande de *Toussain*, on peut inférer qu'il se proposait d'adoucir par des concessions les conseillers du due *Christophe*. C'eût été une inconséquence. Il ne persista pas dans son dessein.

<sup>12</sup> Cette lettre de Farel est perdue.



pio, cum toties scripserim<sup>1</sup>, cogor hoc facere quod facio. Suspicio enim meas tibi non esse redditas. *Adolescens quem mihi commendasti Gallus* agit apud scribam urbis nostræ primum, hominem magnæ autoritatis et peritissimum in ea arte. In annum solvit scribæ aureos coronatos 16. Ego pro 8 coronatis me debitorem obstrinxi. Debet ille præterea aliquot pecunias pro libris aliquot *Froschovero*, pro quibus item fidem meam obstrinxi. Moris est autem apud nos ut dimidiatam partem totius summæ in annum solvendæ pendant mox ab anni principio, ac disertè dicant quid de residua anni parte decreverint. Oro itaque, mi Calvine, ut mercatori hæc indices, et per hunc urbis nostræ cursorem publicum respondeas et pecunias mittas. De adolescente proximis ad te literis quædam dedi. Ea non repeto, quia eas tibi certò redditas puto.

*Mitto tibi libellum de antiquitate fidei Christianæ*, olim à me scriptum germanicè, nunc autem versum à studioso quodam, quamvis non omnino feliciter<sup>2</sup>. Quæso munusculum hoc boni consulas. Amo te ex animo. Vale. Tiguri 23<sup>3</sup>. anno 1544. Salutabis fratres.

H. BULLINGERUS TUUS.

(*Inscriptio* :) Clarissimo viro D. Joanni Calvino, Genevatium concionatori, fratri charissimo suo.

<sup>1</sup> Quelques-unes des lettres antérieures de Bullinger à Calvin, écrites en 1544, se sont perdues, car on possède seulement celles du 16 mai, du 8 juin et du 20 juillet.

<sup>2</sup> Camillo Rudolphi (Die Buchdrucker-Familie Froschauer, p. 30, 35) mentionne ainsi l'édition originale et la traduction : « Der alt gloub. Das der Christen gloub von anfang der wält gewärt habe, der recht waar alt vnd vngezwyfelt gloub sye, klare bewysung. 1539, » petit in-8° — « Antiquissima fides et vera religio. E German. in Latinum traducta per Diethelmum Cellarium. 1544, » in-8°. Cf. Gesner. Biblioth. univ. f. 307 a.

<sup>3</sup> En comparant les lettres de Bullinger avec celles de Calvin, on peut s'assurer que la présente a dû être écrite au mois d'août.

## 1387

P. TOUSSAIN à Guill. Farel et à Cordier, à Neuchâtel.

(De Montbéliard) 24 août 1544.

Inédite. Autogr. Biblioth. des pasteurs de Neuchâtel.

S. Postquam vir hic pius et doctus intellexit *Scholæ nostræ* prospectum esse, voluit statim ad vos redire, ut vix hæc pauca ad vos scribere potuerim. *Ludovicus Spina* huc rediit, sed *huic famoso locus apud nos esse non poterit*<sup>1</sup>. Valet in Domino Jesu et mihi fratres omnes diligenter salutate. 24 Augusti 1544.

Vester TOSSANUS.

(*Inscriptio* :) Farello et Corderio suis in Domino observandis fratribus. Neocomi.

## 1388

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève, 26 août (1544).

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 107a. Cal. Opp. XX, 511.

S. Frater hic, quem mihi commendaveras, indicavit se in itinere cum *Jacobo Albonensi* et *Divionensi*<sup>1</sup> fuisse locutum. Sed illos parùm fuisse commotos, quia videbaris, ut abs te onus rejiceret, ab illis postulare quod tibi multò esset facilius. Sic enim judicant, te uno verbo plus posse impetrare quàm possint multis literis<sup>2</sup>. *Tononium* verò frustra profectus esset, quando jam unum

<sup>1</sup> Ce personnage était probablement de la même famille que le pasteur *Jean de l'Espine*. (Voyez Haag. La France protestante, VII, 37-40.)

<sup>2</sup> *Jacques Valier*, pasteur à *Aubonne*, et *Jacques Hugues*, pasteur à *Divonne*, dans le Pays de Gex. Le premier fut envoyé à Lausanne au mois de janvier 1546. On ne trouve aucun *Jacques* parmi ses successeurs immédiats. *Hugues* resta à *Divonne* pendant plus de dix ans.

<sup>3</sup> On a pu remarquer plusieurs occasions où l'avoyer de *Watteville* et le Conseil de *Berne* témoignèrent à *Viret* de l'estime et de la bienveillance (Cf. les pp. 139, 140, 298, n. 2, et la lettre du 26 nov. 1545).

habent sibi a Senatu commendatum, et qui publico sumptu alitur<sup>3</sup> : cui tamen nullus est locus. Ergo ex his duobus alterutrum superest, ut vel cum tuis literis *Bernam* concedat, vel expectet dum istæ duæ Classes<sup>4</sup> conventus suos agant, ad quos venire cum testimonio tuo et *Neocomensium* poterit. Petebat etiam à me<sup>5</sup>, sed excusavi : quoniam nihil de eo testari poteram : et erat non modò iniquum, sed etiam ridiculum, petere ut in meam gratiam adjuvaretur. *Perrotus* suppliciter apud me egit, ut fratrem nostrum *Imbertum* interpelles<sup>6</sup>. Vides temporum calamitatem<sup>7</sup>. Ergo tu apud *Imbertum* instabis, ne miserum hominem patiatur inedia perire. Eum quoque mihi et simul alios salutabis. Bene vale, frater dilectissime. Genevæ, 26. Aug. (1544<sup>8</sup>.)

JOANNES CALVINUS tuus.

Dedi illi<sup>9</sup> 15. Batz. Bernenses.

(*Inscriptio* :) Fideli Christi servo Petro Vireto, Lausannensis ecclesiæ pastori, fratri mihi charissimo.

## 1389

JEAN CALVIN à Henri Bullinger, à Zurich.

De Genève, 26 août (1544).

Autogr. Arch. de Zurich. Cal. Opp. XI, 744.

S. Quòd seriùs opinione tua tibi nunc demum respondeo, doctissime Bullingere, eo factum est quòd *hactenus expectavimus dum pater pueri, qui Taurini est, pecuniam*, sicut pollicitus fuerat, *huc mitteret*. Nunc verò, cum tamdiu distulerit, consilium cepimus, ego et amicus ille meus cujus rogatu puerum tibi com-

<sup>3</sup> A comparer avec la lettre de Berne du 29 décemb. 1543 (p. 142, 143).

<sup>4</sup> La Classe de Morges et celle de Gex.

<sup>5</sup> Calvin avait d'abord écrit : Petebat *enim* a me.

<sup>6</sup> Voyez la p. 284, note 8. Le 16 février 1545, Viret écrivit à Calvin : J'ai pu enfin obtenir de *Madeleine*, femme d'*Imbert*, deux écus au soleil, qu'elle envoie à *Perrot*.

<sup>7</sup> Ce trait va bien à l'année de misère 1544.

<sup>8</sup> L'année se détermine par les circonstances indiquées dans les n. 1, 3, 6, 9.

<sup>9</sup> Le messenger, ou *Jacques Perrot*, le malheureux créancier d'*Imbert Paccolet*, reçut de Calvin 15 batz de Berne, e. à d. un florin.

mendaveram, non esse ultrà nobis differendum quin eum statim revocaremus. Primum sex coronatos tibi mitto, unde bibliopola solvas et ex parte scribae vestro de pretio victus satisfacias. Deinde rogo ut, cum primum has literas receperis, contrahas libros quos emit, et ex illis quantumcumque poteris pecuniae saltem in viaticum illi conficias, et simul huc eum ad nos remittas. Peto etiam abs te, ut paucis verbis rationes colligas quae nos doceant quantum scribae debetur. Ego verò quod restabit curabo in tempore numeratum. Verum nolim ullam in literis mentionem facias sex coronatorum. Eos enim de meo solvo. Itaque malo et patrem, et eum in cujus gratiam ego fidem meam interposui, existimare adhuc istis deberi, quò sint ad reddendum promptiores. Inprimis autem rogo ut me excusatum habeas quòd hanc tibi molestiam exhibuerim. Puerum, sicut jam dixi, fac ut statim remittas, ne mihi majori sit fraudi longior mora.

Puer autem quem tu mihi commendasti, praeterquam quòd habet hospitem probum virum et humanum, mihi etiam curae erit. Ego et cum ipso, et cum paedagogo quem domi suae habet, diligenter egi. Et quoties opus erit, utrumque commonefaciam. Vale, eruditissime vir et amice integerrime ac mihi observande. Saluta diligenter meo nomine fratres omnes. Dominus vos semper regat diuque nobis servet incolumes. Genevæ 7<sup>a</sup>. Calend. Septemb.

JOANNES CALVINUS tuus.

(*Inscriptio* :) Ornatissimo viro D. Henricho Bullingero, ecclesiae Tigurinae fido pastori, fratri in Domino charissimo et colendo.

## 1390

CONRAD GESNER<sup>1</sup> à Jean Calvin, à Genève.

De Zurich, 28 août 1544.

Autogr. Bibl. de Gotha. Cal. Opp. XI, 745.

*S. Mercator quidam Genevensis filium suum huc ad nos missurus est linguae discendae gratia, et in ejus locum recepturus*

<sup>1</sup> La lettre est ainsi datée dans la copie que nous avons sous les yeux. L'édition de Brunswick porte : 6. Calend.

<sup>1</sup> Voyez, sur *Conrad Gesner*, les Indices des t. III-VIII.

patruelis mei itidem mercatoris filium. Sed quoniam et mercatoris illius nomen ignoro, et gallicè nihil aut pessimè scribo<sup>2</sup>, tibi molestus esse cogor. Rogo te igitur ut civem illum vestrum, cuius nomen ex illo audies qui has tibi tradit et puerum nostrum secum adducit, nostro nomine convenias et hortaris ut curæ sibi habeat filium patruelis mei, cum aliàs, tum in addiscenda lingua gallica. Latina enim opus non habet. Et si tu fortè per occasionem aliquam magistrum scholæ ad quam mittendus est noveris, ei quæso puerum commendato. Patruelis meus, qui bonus et honestus vir est, vicissim non patietur quin vestri mercatoris filio modis omnibus prospiciatur.

Hæc hactenus. Ecclesia nostra Dei gratia non quidem optimè sed mediocriter bene habet, saltem non deterius quàm antehac, quod sciam. De vestra multorum bona testimonia libenter audimus, et Deum Opt. Max. oramus ut continuò in honorem suum vos tueatur et promoveat. Vale. Tiguri 28<sup>o</sup> die Augusti 1544.

Tuus ex animo CONRADUS GESNERUS.

*Mitto specimen laboris nostri<sup>3</sup>, cuius jam bona pars excusa est, et cupio abs te rescire tuas lucubrationes, si quæ sunt quas ignoremus adhuc, et quas brevi editurus sis, ut illas suo loco commemoremus<sup>4</sup>.*

(*Inscriptio* :) Clarissimo viro D. Joanni Calvino, domino suo colendissimo, ecclesiæ ministro fideli. Genevæ.

<sup>2</sup> Le français, l'italien et le hollandais étaient familiers à *Gesner* (Cf. sa biographie par Joh. Hanhart, p. 201). Mais il correspondait toujours en latin avec ses amis et ses anciens maîtres.

<sup>3</sup> Voici le titre de cet ouvrage, très estimé encore aujourd'hui : « Bibliotheca Universalis, sive Catalogus omnium scriptorum locupletissimus, in tribus linguis, Latina, Græca et Hebraica : extantium et non extantium, veterum et recentiorum in hunc usque diem, doctorum et indoctorum, publicatorum et in Bibliothecis latentium. Opus novum, et non Bibliothecis tantum publicis privatisve instituendis necessarium, sed studiosis omnibus cuiuscunque artis aut scientiæ ad studia melius formanda utilissimum : authore CONRADO GESNERO Tigurino doctore medico. Tiguri, apud Christophorum Froschoverum Mense Septembri, Anno M. D. XLV. » In-folio de 17 et 631 feuillets.

Au verso du titre : « Ad Lectores. Favete, Lectores optimi, laboribus maximis, quos longo tempore incredibili cura, peregrinationibus etiam hac de causa susceptis, in vestrum et omnis posteritatis usum sustinuimus... »

## 1391

JOSUÉ WITTENBACH<sup>1</sup> à Rodolphe Gualther, à Zurich.

De Lausanne, 4 septembre 1544.

Inédite. Autogr. Bibl. de Zurich. Collection Hottinger.

## EXTRAIT.

Gratiam et pacem a Domino! Redditæ sunt mihi tuæ literæ, Domine colendissime, quæ mihi non gratæ modò, verùm et fuerunt jucundæ: jucundæ, inquam, quia singularem tuum erga me amorem spirant: gratæ, quòd doctrinæ et consiliis (*sic*) plenæ sint. Ad eas autem quòd paucioribus respondeo, temporis angustiis imputes velim, quæ me brevem esse cogunt. Quantùm tamen pro hiis fieri potest, ad præcipua tuæ epistolæ capita brevibus respondebo.

Primò quidem, quòd fidelibus consiliis tuis et monitionibus etiam absenti subinde ades, est quòd gaudeam vehementer. Video enim amorem et affectum tuum erga me quem habes, non modò non minui, verùm flamma inextinguibili magis ac magis accrescere: quòd dictu mirum est, quàm ea res te mihi acceptum teneat. *Quod autem facere me vis, id dudum aggressum me scias, videlicet, ut diligenti studio privato id quòd publico deest<sup>2</sup>, recompensem*: et multò magis mihi faciendum jam duco, quia à te, mihi

<sup>1</sup> On lit dans l'article de la *Bibliotheca Universalis* consacré à *Calvin* et à ses ouvrages (ff. 395 b-396 b): « Intra paucos annos multa in lucem ædidit... partim *Latinè* scripta, quæ primùm enumerabo, partim *Gallicè*, quæ posteriùs: licet vulgarium linguarum libros hoc in opere recensere non proposuerim. » *Gesner* termine ainsi l'énumération des ouvrages publiés en latin par le Réformateur:

« Articuli à Facultate sacræ theologiæ Parisiensis determinati super materiis fidei nostræ hodie controversis: cum Antidoto. Libellus impressus Genevæ, 1544, in-8, chartis 5, quo ludit author adversus Sorbonistas: et quanquam nomen suum non adscripsit, utpote ludo potius suo quàm serio operi: volui tamen inter eius scripta vel nolente ipso adnumerare. »

<sup>2</sup> Voyez la p. 254, note 1.

<sup>3</sup> A comparer avec le N° 1361, renvois de note 2-4.

plurimum charo, id studii genus non improbari video, usque dum per Domini gratiam, ulterius pedem conferre detur.

Porrò quod mones, si *novarum rerum* apud nos quiddam sit, tibi transferendum curem, id lubenti facerem animo, modò res talis sit cui fides adhiberi possit. Fama fuit apud nos frequens, *oppidanos* quos jam obsidione premit *Imperator* dedidisse se ipsi; *Cæsarem* verò omnes illos cum omnibus machinis et armis bellicis dimisisse liberos<sup>3</sup>..... Præterea, superioribus diebus erant *Galli* quidam apud nos, qui deferebant literas cum ipso sigillo *Regis* insignitas, quæ bonam spem omnibus bonis injiciebant, videlicet, *Regem mitiùs ac benigniùs cum Evangelistis acturum*, ac cum his item qui propter nomen Christi et religionem nostram in *Provincia Galliæ* captivi tenerentur<sup>4</sup>. Ejus rei si fuero certior magis, in posterum tibi bona fide significavero.

De libris postremò quos vobis mittere volebam, planè in dubio sum quid agam. *Asperus*<sup>5</sup> cum non ad nos venerit, *his*<sup>6</sup> imponere non audebam, præsertim cum non rectà ad vos proficiscerentur. *Maturimus*<sup>7</sup>, ut spero, propediem ad nos veniet, apud quem mittam. Tu interim quaeso rudia hæc boni consulas (effusa enim potiùs sunt quàm scripta), et me tibi, ut soles, commendatum habe. Meo nomine salutabis D. *Bullingerum*, D. *Bibliandrum*, D. *Pelli-*

<sup>3</sup> Allusion aux défenseurs de St-Dizier-sur-Marne, qui résistèrent pendant près d'un mois à tous les assauts de l'armée impériale. Le 17 août, ils obtinrent une capitulation honorable. Nous supprimons les renseignements que donne ici Wittenbach. On en trouve de plus complets dans Martin du Bellai, livre X<sup>me</sup>, et dans Henri Martin, VIII, 301, 302.

<sup>4</sup> C'est, en effet, la conclusion des lettres-patentes du 14 juin (N° 1367, n. 2), par lesquelles le Roi « enjoint [à la cour de Provence et au sieur de Grignan, gouverneur], de mettre hors des prisons tous ceux qu'ils tenoient pour la d. matière de la Foy et appartenances,... et révoque en tant que besoin seroit les lettres-patentes et missives d'exécuter les Arrests et Jugemens donnez contre les supplians. »

Aubéry ajoute : « Ces Lettres sont données par la bouche du Roy le 14. Juin 1544. signées par le Roy simplement, DE NEUFVILLE. Toutesfois elles ne sont signées qu'en Octobre ensuivant... » (Hist. de l'exécution de Cabrières, p. 64.)

<sup>5</sup> Serait-ce le peintre zuricois *Hans Asper* ?

<sup>6</sup> Allusion à *Jean Stumpf* et à ses compagnons (Cf. le commencement de la lettre suivante).

<sup>7</sup> Personnage inconnu.

*canum*, patres colendissimos meos, cum *uxore tua* tuisque domesticis. Vale. Losannæ 44<sup>8</sup>. Pridie Nonas Septembris.

JOSUE VUITTENBACHIUS ex animo tuus<sup>9</sup>.

## 1392

PIERRE VIRET à Rodolphe Gualther, à Zurich.

De Lausanne, 5 septembre 1544.

Autogr. Arch. de Zurich. Cal. Opp. XI, 746.

S. *Non potuimus piis fratribus quos nobis commendastis, multum conferre*. Præstitimus quod potuimus, plura præstituri si quid apud nos fuisset eximium atque aptum operi quod vir ille bonus in lucem emittendum parat<sup>1</sup>. Ab eo audies quid inveniri potuerit. *Vix usquam vidisti nostris hominibus ullos negligentiores aut magis bonarum artium contemptores*. Si *præfectus*<sup>2</sup> in urbe fuisset, forsan plura et certiora inventa fuissent.

<sup>8</sup> Une main malavisée a écrit au-dessous de l'adresse : 1543.

<sup>9</sup> La suscription diffère peu de celle du N° 1361.

<sup>1-2</sup> L'un des hommes recommandés par R. Gualther était venu de Zurich, pour visiter les archives de la ville de *Lausanne*, et celles de l'ancien évêché, dans lesquelles le bailli *Antoine Tillier* pouvait seul l'introduire. Il préparait donc un ouvrage<sup>1</sup> historique. Aussi ne peut-on douter que ce fût l'historien *Jean Stumpf* (1500-1566), dont Gesner disait, en 1545 : « Vir exacti judicii et miræ diligentiae, Germanico sermone descripsit Universale Concilium Constantiense... Descriptio... impressa est nuper [1541] Tiguri apud Froshoverum, in fol... Hoc tempore conscribit *Helvetie nostrae historiam* Germanicam, cum tabulis locorum exquisitissime pictis. » (Bibl. univ.) Cet ouvrage parut sous le titre suivant : « Gemeiner loblicher Eydnoschafft beschrybung : Darin auch die gelegenheit der gantzen Europe, vnd ein Chronica Germanie, dessgleichen ein bschrybung Gallie. fargestelt wirt. Zürich, Froshower, 1546, » in-folio. — *Vadian* écrivait à Bullinger le 10 décembre 1546 : « Quàm eleganter confertum copiosumque opus est, et quanti *Stumphii nostri* labores, quibus res tantas tam latis è fontibus petit et conscribit ! »

*Stumpf*, né à Bruchsal, dans l'évêché de Spire, réussit, nonobstant la pauvreté, à faire de bonnes études à Strasbourg, Heidelberg et Fribourg-en-Brigau. Il fut admis, en 1520, dans l'Ordre des Johannites, en qualité



De rebus nostris nihil est quod valdè dignum scriptu censeam. *De bellis* multi audiuntur rumores, sed omnes varii et incerti. Quisque si[bi] fingit quod ipse optat, et libenter credit quod cupit : quo fit ut pauci inveniantur digni quibus fides habenda sit. *Pestis* quæ nobis inducias dederat, recrudescit. Faxit Dominus ut tandem tot plagis admoniti respiscamus. *Valdè pressi fuimus hoc anno caritate ammonæ*, nec multò fœcundioiorem spem nobis proximus pollicetur. Urgent penuria et pestis, imminent atrocissima bella, et vix tamen expergiscimur.

*Gallus* inter hos bellicos motus *multa concessit fratribus Provincialibus, inter quos plurimi sunt ex veteribus Valdensibus*<sup>3</sup>. Vetuit persequi ob religionem quenquam, sed jussit ad privatum suum consilium hujusmodi causas deferri, ac sibi uni cognitionem et quibus committere voluerit reservavit. Jussit præterea captivos omnes fidei causa liberari, et restitui cuique suas facultates, ac omnibus quibus religionis prætextu ademptæ sunt, donec omnia probè cognorit<sup>4</sup>. Saltem respirabunt tantisper pii : interea Dominus aliqua ratione suæ ecclesiæ prospiciet.

de prêtre, et envoyé (1522) comme prieur à Bubikon (C. de Zurich), où existait une commanderie de cet Ordre. Élu curé de la paroisse, il y prêcha la Réforme, après qu'il eut fait la connaissance de *Zwingli*. Il devint pasteur de Stammheim en 1543 (Cf. J.-J. Hottinger. Helvet. Kirchengesch. III, 83 ; IV, Zugabe, p. 3. — Ruchat, I, 130).

<sup>3-4</sup> Les Lettres-patentes du 14 juin et du 18 juillet 1544 ne prescrivent nullement de restituer aux Vaudois les biens qu'ils auraient perdus par les confiscations. En revanche, les Lettres du 18 juillet sont particulièrement intéressantes, parce qu'elles renferment des passages qui semblent inspirés par la bonne reine de Navarre (Cf. p. 302, fin de la n. 6). Le Roi les décerne « à M<sup>r</sup> du Pré, Maistre des Requestes, et à Frère *Jean le Chat*, de l'Ordre de saint Dominique, Docteur en Théologie de l'Université de Paris, récitant le contenu des d. Lettres de Juin, desirant le Roy (ce disent les Lettres) relever ses sujets d'oppressions, et pourvoir à ce que les Ministres de Justice, sous prétexte d'icelle, ne commettent aucuns abus, tels que dessus, et que les Gentilshommes et autres soldats ne fassent des excès,... et que ceux qui auront commis telles fautes ne demeurent à estre exemplairement punis, — desirant aussi ses sujets vivre en la sainte foy et doctrine de Dieu, et de l'Église ; et voulant que ceux qui, par faute de bons enseignemens et prédications de la parole de Dieu,... seroient par ignorance et simplicité ou autrement, tombez en quelques erreurs, estre retirez et radressez plustost par toutes voyes douces et amiables, et par saintes admonitions de la parole de Dieu, au bon chemin et voye de salut,

*Audimus in Germania inferiore esse quoddam novum Catabaptistarum genus, quos Libertinos vocant, turbare pias mentes et Evangelium remorari supra quàm cuiquam sit credibile: idque didicimus à fide dignissimis testibus oculatis et auritis, qui ea potissimum gratia huc ad nos se receperunt, ut gallicis libellis succurreremus vicinis, quales sunt Leodienses, Tornacenses, Valentiani<sup>5</sup> et alii id genus, inter quos pestis illa plurimos inficit. Calvinus jam scripsit libellum in eos quos propriè Catabaptistas vocamus, ac se mox, si licet, in Libertinos scripturum pollicetur. Longum esset eorum hæreses persequi. Hæresis est ex omnibus, ut videtur, hæresibus iisque absurdissimis consarcinata. Occupavit et in Gallia multorum animos detestanda illa lues. Hominum genus periculosissimum, quibuscum collati Catabaptistæ, viri boni meritò haberi possunt. Si nondum vobis compertum sit quicquam de hujusmodi pestibus, poteritis aliquando certius intelligere. Sed arbitror vos non omnino latere, quale sit hoc hominum genus. Dominus nos variè ad preces et studia excitat: quem precor ut eam nobis mentem suggerat qua strenuè ejus operi incumbamus.*

Salutant te amici omnes, præsertim quibus salutem tuis literis nunciari jussisti. Salutabis meo nomine D. *Bullingerum*, ad quem

que non *par telles cruautez et tyrannies estre mis au désespoir*; ne voulant aussi qu'ils soient privé de l'effect des grâces susdites, — leur mande se transporter en *Provence*, s'informer,... le Théologien, des mœurs. manière de vivre et doctrine des supplians... Et au Maistre des Requestes, mande qu'il s'informe des rebellions, voyes de fait... prétendues par la Cour de Parlement et par le Gouverneur, et des autres excès que l'on dit avoir esté commis par les dits de *Méridol*... Semblablement informer des abus, pilleries, exactions... faites aux supplians... Mande à Messieurs du Parlement mettre devers le dit M. des Requestes tous les procès,... informations,... tant à la charge qu'à la descharge des d. supplians. Mande au dit Commissaire *mettre hors des prisons et galères ceux qui y sont détenus pour matière concernant la Foy*, et ce par provision, suivant les d. Lettres du 14 Juin..... Donné le 18 Juillet, Signé par le Roy, DE NEUFVILLE. »

« *Ces Lettres icy*, continue Aubéry (qui estoit la plus belle réformation que l'on eust seen faire en ce pays de Provence). *nescio quo malo fato, n'ont esté exécutées*, et ne furent sur les lieux les dits sieurs du Pré et le Chat.... » (Hist. de l'exécution de Cabrières, p. 64-66.)

<sup>5</sup> Les députés de *Liège*, de *Tournay* et de *Valenciennes*. C'étaient probablement ceux que *V. Poullain* mentionne dans sa lettre du 26 mai (p. 247, rev. de n. 5-7).

scripsissem si quid scripture dignum occurrisset, aut si meas literas aliquid allaturas voluptatis aut utilitatis sperassem. Saluta reliquos symmystas tuos et viros doctos qui sunt isthic, meo nomine, præsertim D. *Casparem*<sup>6</sup>, *Bibliandrum*, *Pellicanum* et *Gesnerum*. *Cælius* et *Ribittus* vos omnes salvere jube[n]t. *Comitem* puto ad te scribere et suis verbis te salutare<sup>7</sup>. Vale. Lausannæ. 5. Septemb. 1544.

Tuus P. VIRETUS.

(*Inscriptio* :) Singulari eruditione ac pietate ornatissimo D. Rodulpho Gualthero, ecclesiastæ Tigurino fidelissimo, fratri et amico suavissimo. Tiguri.

### 1393

HENRI BULLINGER à Jean Calvin, à Genève.

De Zurich, 12 septembre 1544.

Autogr. Arch. de Zurich. Cal. Opp. XI, 748.

Gratiam et vitæ innocentiam a Deo patre per Christum Dominum nostrum! Literas tuas<sup>1</sup> unâ cum sex coronatis accepi à te, colendissime mi Calvine, per publicum urbis nostræ cursorem. Ac obsecundassem tibi libentissimè, nisi cursor in pueri conspectu coronatos proferens mihi tradidisset. Itaque non ignorat puer coronatos sex mihi à te esse missos. Imò priusquam ad me veniret, ad scribam diverterat, cui iterum puero præsentate dixerat se a *Calvino* sex coronatos afferre *Bullingero*. Si quid ergo hîc peccatum est, non mea culpa peccatum est. Rationem collegi, quam papyro illitam simul hîc tibi mitto, sicuti à me postulasti. De reliquis omnibus rationem reddet puer. Pro libris nihil expendit. Nam per meam intercessionem factum est ut minister bibliopolæ et typographi *Froschoveri* libros receperit pro pecunia. Præterea coronatos 4 dedi scribæ, 2 puero pro debitis solvendis et viatico,

<sup>6</sup> *Gaspard Megander*.

<sup>7</sup> A notre connaissance, il n'existe pas une lettre de *Béat Comte* à Rod. Gualther du 4 ou du 5 septembre 1544.

<sup>1</sup> Voyez la lettre de Calvin à Bullinger du 26 août (N° 1389).

sicuti ipse referet. Ego praeterea de meo scribae dedi 5 talenta tigurina, id est, batzones vestrates 40 vel duos coronatos, minus 10 batzonibus. Hos tu mihi debes, vel pueri pater. Ego scribae dedi, quominus succenseret etc. Curabis ergo, mi Calvine, ut aliquando eam pecuniam recipiam. De puero non est quod multa scribam. Maluisset hic manere. Non admodum diligens fuit in visitando ludo. Quid profecerit in lingua germanica, qui germanicè norunt intelligunt. Arbitror autem puerum non malum alioqui et inertem esse. Bene ergo feceris si illum non deserueris. Nihil praeterea quod scribam habeo, nisi quod gratias ago tuae humanitati, qui adolescentis abs me tibi commendati res tam diligenter curas. Dominus Jesus servet te nobis diu incolumem. Salutant te fratres. Salutabis nobis omnes fratres. Tiguri 12. Septembris anno 1544.

HEINRYCHUS BULLINGERUS TUUS.

(*Inscriptio* :) Clarissimo viro D. Joanni Calvino, Genevensis ecclesiae ministro fidelissimo, fratri longè charissimo.

## 1394

JEAN CALVIN à (Pierre Viret, à Lausanne.)

(De Genève) 23 septembre 1544.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Cal. Opp. XI, 749.

S. *Farellus* verò te decepit<sup>1</sup>. Nam quia certò te expectabam, substitimus aut lentè equitavimus, etiam aliquanto postquam *Sonerius* nos assecutus erat<sup>2</sup> : donec conjicere potuimus te non venturum<sup>3</sup>. Nunc ea quæ sermone tractare debuimus, literis ex-

<sup>1-2-3</sup> En conséquence d'une décision prise le 7 août par le Conseil de Genève, Calvin était parti pour Berne vers le 11 septembre.

\* Calvin et les députés de Genève — dit le protocole bernois du 15 septembre — ont présenté leur lettre de crédit et leur instruction par écrit, dont voici le contenu : Ils demandent que, malgré le changement des paroisses, qui a eu lieu en vertu du traité de Bâle\*, les sujets de Berne et ceux de Genève continuent à fréquenter leurs églises accoutumées ; que les

\* Nous rappelons que le traité de Bâle (p. 167, n. 5) avait donné à Genève quatorze nouvelles paroisses (Ruchat, V, 242).

plicare difficile est. *De Stephano*<sup>4</sup> dicam, non sicut postulas. Videris enim testimonium petere, quod coram fratribus proferatur. Ego autem potius consulo, ut fratribus tanquam audita referas, et ad inquirendum eos horteris. *Existimo te scire, quid me ex Coraldo*<sup>5</sup> *audiisse semper testatus sim. Cum purgare se apud me vellet, impudentissimis calumniis Coraldum gravavit. Constat etiam ipsum Lugduni familiarissimum Dolet* *fuisse, et tertio nescio cui, ejusdem farinae*<sup>6</sup>. *Petrus* *hic noster*<sup>7</sup> *tibi narrabit quid ex ejus hospita audierit. Ad hæc omnia respondent Sulzerus et Beatus*<sup>8</sup>, *fieri posse ut resipuerit. Ego cum ineptias illas refutassem, dixi me pessimum exitium omnibus imprecaturum qui eum promovendum curaverint. Verum si privatim rogetur Annonius*<sup>9</sup>, *plura ex eo audietis. Non vult quidem, ut est plus æquo*

assesseurs des Consistoires soient établis de part et d'autre; que les prédicants qui servent les sujets des deux Seigneuries, reçoivent des ordres et des émoluments des deux côtés. [En outre] qu'on s'abouche et qu'on se mette d'accord sur les différences qui pourraient exister dans les cérémonies. Ils ont aussi présenté, dans une seconde instruction, divers articles concernant les limites de *Jussy* et de *Peney*, les dîmes de *Guat*, etc. » (Trad. de l'all.)

*Calvin* s'en retourna de Berne en passant par *Neuchâtel*, *Yverdon* et *Orbe*, où il laissa *Farel*, et il poursuivit son voyage par *Cossonay* et *Morges*. Ici, contre son attente, il ne trouva point *Viret*. C'est pourquoi il lui écrivit : « *Farel* vous a abusé (mal renseigné sur mon itinéraire)... Nous avons fait halte ou nous avons chevauché lentement, même après que *Sonier* [pasteur à *Perroi*] nous eut rejoints, et jusqu'au moment où nous avons pu supposer que vous ne viendriez pas. »

<sup>4</sup> Nous ignorons le nom de famille de cet *Étienne*, qui était déjà pasteur ou maître d'école au temps d'*Élie Coraud* (n. 5). S'il pouvait être identifié avec le *Stephanus* dont parle Calvin dans sa lettre du 25 déc. 1544, et avec le *Fontanus* mentionné par Viret, le 7 février 1545, nous devrions compter, dans le clergé romand, un second *Étienne de la Fontaine* (Cf. t. VIII, 207, n. 13).

<sup>5</sup> *Élie Coraud*, collègue de *Farel* et de Calvin à *Genève*, jusqu'au 23 avril 1538, et ensuite pasteur à *Orbe*, où il mourut le 4 octobre suivant (Cf. l'Index du t. IV).

<sup>6</sup> Les *Jo. Vultei Epigrammata* (1536) et les *Doleti carmina* (1538) ne mentionnent aucun familier d'*Estienne Dolet* qui eût le prénom de *Stephanus*.

<sup>7</sup> Le prénom de *Pierre* était alors si commun, qu'on ne peut désigner avec certitude le personnage dont il est ici question.

<sup>8</sup> *Beatus Gering*, collègue de *Sultzer* à Berne.

timidus<sup>10</sup>, sustinere invidiam. Quantum tamen intelligo, si seriò interpellabitur, unus *vos*<sup>11</sup> liberabit omni molestia. Tantum opus erit prudentia. Si cui ex fratribus dederitis hoc mandatum, qui secum aliquem adhibeat, res absque negotio conficietur.

*De convocanda synodo instabis*<sup>12</sup>, ut vides esse plus quam necesse. Exemplar epistolæ prioris quam *fratribus Monsbelgardensibus* scripseram<sup>13</sup>, habere te puto. Si ita est, velim ad me mittas, unà cum formula quam aliquando de controversia sacramentaria, rogatu tuo, composueram<sup>14</sup>. Hanc formulam imprimis desidero. Vale. Cogor finem facere. Dominus te conservet incolumem, *uicorì* sanitatem plenam restituat. Fratres omnes saluta diligenter. Vale iterum. 23. Septemb. 1544.

JOANNES CALVINUS tuus<sup>15</sup>.

<sup>9-10</sup> Au sujet d'*Annonius*, les éditeurs des *Calvini Opera* disent, en note : *Fruentus* ? — Cette conjecture nous semble sans fondement : la timidité était le moindre défaut d'*Antoine Froment*. Nous croyons qu'*Annonius* pourrait désigner *François Bourgoïn*, seigneur d'*Agnon* (ou d'*Anion*) ex-chanoine de Nevers, qui se retira en 1544 à Genève et y devint pasteur en 1545 (France prot., 2<sup>me</sup> éd. II, 1127). Un ancien de l'église de Nîmes (1612) s'appelait d'*Anoïne* (Bulletin cité, XIII, 141). Nous n'avons pas rencontré ce nom dans les documents du 16<sup>me</sup> siècle.

<sup>11</sup> Le mot *vos* vise probablement les professeurs et ministres de Lausanne, auxquels l'une des Classes aurait demandé un *testimonium* relatif à l'instruction et à la moralité de *Stephanus*.

<sup>12</sup> La convocation du *Synode général* avait été l'une des requêtes présentées par *Viret* et quatre de ses collègues, au nom de la Classe de Lausanne, le 1<sup>er</sup> novembre 1542 et le 17 janvier 1543 (VIII, 174, renv. de n. 10, 11 ; 244, n. 13 ; 258, n. 14).

<sup>13</sup> C'est l'épître de Calvin du 7 octobre 1543 (N° 1291).

<sup>14</sup> Cette « formule » écrite par Calvin dans les premiers jours de septembre 1542 (VIII, 117, renv. de n. 3, 4, 7, 8) n'a pas été conservée.